

De apparitione ad matrem tiberiadis.  
Opimones de morte iohannis.  
De apparitione domini in galilea.  
De ascensione domini.

**I**ncipiunt distinctiones historie euangelice.

**H**uit autem in diebus herodis regis iudee effluxis annis regni eius vij. de triginta sacerdos nomine zacharias de vice abia et uxore eius aaroita nomine elizabeth. Dauid enim ampliare uolens cultum domini. xxxiij. instituit summos sacerdotes. quorum unus tantum maior qui dicebatur princeps sacerdotum. Statuit autem. xvi. viros de genere eleazar. et viij. de pthamar et secundum sortes debet unicuique ebdomada vicis sue.

De conceptione purissimae.

**H**abuit autem abias octauas ebdomadae de cuius genere zacharias cum in die propitiacionis mensis poneret proderet sibi angelus nasciturum sibi filium de uxore. quae confiteretur sterilitatem uxoris et ueriusquam senectutem non credidit et ob hoc obmutuit usque ad diem conceptus. Nomenque pueri et magnificentiam cum abstinentia ei indicauit. Conceptus autem elizabeth et occultabatur se mensibus quinq.

De conceptione saluatoris.

**M**ense autem sexto missus est gabriel in nazareth ad matrem uirginem desponsatam ioseph. Cumque ea salutata dixisset eam paraturam sibi filium aluissimum. quod scisset quod quomodo hoc fieret cum se non cognouerit uirum in animo uouisset nisi aliter deus disponderet. Angelus adhibuit

non de uero sed opere spiritus concepturam etiam conceptisse cognatae suam elizabeth sibi indicauit. Permittente enim erant sacerdotalis tribus a regia. Nam et aaron uxorem habuit de tribu iuda elizabeth sororem naason et ioia da pontifex iochabeth filiam regis ioraz. Et ait maria. fiat mihi secundum uerbum tuum. Et statim conceptus est christus de uirgine plenus homo in anima et carne. ita tantum quod limameta corporis et membrorum uisibus hominis discerni non possent. Creditur autem fuisse conceptus octauo kalendis. aprilis et reuolutis. xxxiij. annis eadem die mortuus est.

De ortu purissimae.

**E**xurgens autem maria abiit in ciuitate iuda. Iherusalem enim in tribu beniamin erat pro qua forte transiit ad opidum in quo dicitur tunc zacharias habitasse quarto milenario a iherusalem et ibi natum iohannem a legitur in libro iustorum quod beata uirgo primo eum leuauit a terra et cum salutasset elizabeth exultauit infans in utero eius et cum matrem domini suum in utero exultans testaretur et beata eam prophetaret elizabeth edidit maria domino cantum uere leticie dicens Magnificat anima mea dominum. in astitit autem maria ibi mensibus tribus ministrans cognate donec pareret et tunc rediit in domum suam. Octauo autem die cum circumcideret puer et uocaretur eius nomen patris sui zachariam ait mater. Johannes est nomen eius. Idipsum scripsit et patre sumpto pugillari. Est autem pugillaris tabella quam pugno potest includi